

Celio Calcagnini

## Simulatae virtutis defensio

Perdita quum tantum sint et rubigine tincta  
saecula nostra, prius ferrato sordida nexu,  
crede mihi, Guaspar: pauci bene vivere norunt.  
Qui probus esse cupit, simulet: sic iudicat omnis,  
ut videt, atque animi nunquam discludere nodos  
nititur. Is superis committat carbasa vitae,  
qui simulare potest et nigra in candida vertit.  
Omnia succedunt facili pede, dummodo cauta  
mente gerat, quaecunque facit sub nocte tegenda;  
atque ita praecipiunt sacrati dogmata Christi:  
“Aut peccata cave aut tegito sub nocte sopora”.<sup>1</sup> 5  
Quisquis non sua furga tegit, me iudice multum  
desipit: hic ars est, homines ut fallere possis.  
Nec tamen huic obstat summi sententia Tulli:  
“Qui simulat vulpis similis est fraude nocentis”.<sup>2</sup> 10  
Tempora non florent quondam veneranda Catonis:  
is vivit regnatque diu, qui probra negare  
audet, ut a nullo possint super aethera duci.  
Consilium Nasonis adest, qui talia suadet:  
“Non peccat, quicunque potest peccasse negare.  
Quis furor est, quae nocte latent, in luce fateri?”.<sup>3</sup> 15  
20

<sup>1</sup> Per questa citazione pseudoevangelica, vedi *supra* pp. 123 s.

<sup>2</sup> In tutto il *corpus* ciceroniano e pseudociceroniano non si trova questa citazione: l'unica menzione di una “vulpecula dolosa” è in CICERONE, *De officiis*, I, 41.

<sup>3</sup> OVIDIO, *Amores* III, 14 vv. 5 e 7.

Celio Calcagnini Simulatae virtutis defensio

Pacifici accedunt his aurea verba diserti:  
“Ut se tempus habet, sic vitae est tempus agendum”.<sup>4</sup>  
Haec igitur summa est: qui vult bene degere vitam,  
noscat, ut audacter legem simulare necesse est.  
Talia cur dicam, nosti, suavissime Guaspar.

25

<sup>4</sup> Per questa citazione di Pacifico Massimi, vedi *supra* p. 129.